



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab Anno Domini D.XC. perueniens vsque ad DCC.XIV. nempe à Gregorio Magno Romano Pontifice, vsque ad Gregorium secundum

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annvs 659. Vitaliani Pap. Annus 5. Constantis Imp. Annus 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15007

do martyrii S. Lamberti Episcopus pariter martyrio coronatus, ut suo loco dicemus: fuisse autem & hunc discipulum sancti Reclami Episcopi Leodiensis, eius Acta testantur. Sed quem toties auditum nominatum esse Reclamum: factum scias virito describentis, qui eum, quem constat dictum esse Remacium, Reclamum mendose scripsit, non sic fuisse ius anno 882. prope finem, ubi Remacium recte inuenies appellatum.

IESU CHRISTI ANNVS 659.

VITALIANI PAP. CONSTANTIS IMP. ANNVS 5. ANNVS 18.

I. CON- SEANS FRATREM OCCIDIT.

3 Gen. 4.

6 DIVINA VETIO EX- AGITAT IMPERA- TOREM. D. C. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

6 Exod. 11.

4 Ier. 51.

III.

SEXCENTESIMVS quinquagesimus nonus Domini annus sequitur, Indictione secunda: quo Imp. Constantis, scelerebus scelera iungens, impulsu malorum demonum, fratrem suum Theodosium consecratum iam diaconum necce abtulit, ita crudeliter fratricidium sacrilegio magis infamans. De nefando facinore breuiter haec tantum ex Theophane Graecorum habent Annales: Anno decimo octauo Imperij Constantis germanum suum fratrem Theodosium interfecit: quem quidem, offensus ab eo antea, opera Pauli Patriarchae attentum diaconum consecrari voluisset, & quo ministrante idem Imperator sancto sanguine poculo in sacrosanctis mysterijs imperator fuisse. Ita vero haud impune patrauit: exegit enim fatis sanguis innocuus a Deo vindictam, ut omnibus vitae suae diebus, inquit Cain, conscientiae stimulis agitatus, profugus & vagus vinceret super terram; eo infelicio, quod non sicut ille a signum accepit a Domino, ne ab aliquo interficeretur: etenim insequente eum culpa, nemens ubique locorum fuit & patiens: sed etiam ea ex causa infelicitissimus, quod ob oculos posicum proficuum remedium poenitentiae non arripuit, sed in fuga infans praedidit collocavit, vane putans mutatione locorum ab insequente se culpa non expiata posse defendi. Quidnam autem memoria dignum tunc accidit, audi inchoate tragediae dignum exitum.

Vbi enim scelus; immo in vno plura scelera nefandissima perpetrasset, cum extinctum penitus fratrem & obliuione sepultum omnino putauit, didicit seo damno miser fuisse post eadem homini, quod vniat & clamat. Sed accipe, quae in Graecorum leguntur Annalibus: *Ita ergo Theodosius a matre sua ipsi Constantio crebro per quietem visus est habere diaconi poculum sanguine plenum porrigen, atque dicens: Bibe frater, ac sic diceret: Inebriate fratrem sanguine, quem sudisti, talem decet pro opinare poculum plenum sanguine auide crudelitati. Expleat cruce germani porrigenis, non ut olim in Ecclesia porrigenbat in tuarum redemptionem culpam sanguinem Christi, sed in vltionem paratum. Sume de mam non sanguine agni refertum poculum, quo percussor Angelus abigatur, sed qui vltorem exciter in te Deum. Accipe sanguinem victimae, non quo sanctum est fœdus, sed quo tua est damnatio comparata. Porrigo calicem salutaem, sed in Dei poculum plenum, quod haurias est necesse. Meus ecce sanguis, qui tuum a Deo vindice suis vocibus exigit. Audiebat haec & metuebat Imperator, vltice acclamante pariter conscientia, & fugientem maiorbibus clamoribus insequente: nam pergit aucto:*

Eius risionis acerbitate vitius insolens Imperator, statuit in Siciliam abire. Itaque in vrbem reliquens vrbem & tres filios, ecclesiam ascendit (est navi genus). Camque solusset, conuersus retro vrbem Imperij sedem constituit. Sed in Sicilia quidem infensissimum illud vexare Constantium desuit. Syracusam sibi delegit, ubi vltim. agrora, ubi & statuit Imperium Romanum transferre, cum inuisus esset ab Monachis haresim, aliaque praua de religione sententia. Misit ergo qui vrbem & liberos adducerent: sed hanc Byzantium cum liberis detinuerunt. haec Annales hoc anno excludunt. Anathasius autem reliqua ad-

dit, quae sunt in Annalibus praetermissa, nempe cum aduentum Romam, ante quam in Siciliam se contuleret. Sed de his suo loco dicendum erit.

Hoc eodem anno, qui bello civili saepe armis depresso Mahusias Princeps Sarracorum pendente delegerat tributum Constantini Imp. (vsusque videmus) exigentibus Imperatoris eiusdem peccatis, armulo suo Hali necce sublati, solus abique timore imperans, aduersus Persas primum, inde aduersus Romanos erigitur.

Moritur hoc anno Longobardorum Rex Rodwaldus, occisus a Longobardo homine, cuius vrbem aduiterio polluerat, ubi regnasset (vt Paulus ait) antequinque & dies septem. Cuius tempore nihil praeter memoria dignum gestum reperitur, nisi quod eius coniux filia Theodolinda, quam matrimonio sibi contraxerat, exemplo matris, iuicini basilicam exiit in honorem S. Iohannis Baptistae, quam mirifice exornatam auro & argento etiam redibus locupletauit, ubi & sepeliri voluit. Porro de ea subicitur ita Paulus: *Haec cum vrbem aduiterij apud vrbem acuta fuisset, proprius eius serus Carus monuit a Rege exoptari, vt cum eo, qui Regna crimen ingessit, per castitatem sua domine, manum acta dimicaret. Qui cum criminate illo singulari certamen cum impio, cum, cuius populo aduere, superavit. Regina vero post hoc factum ad dignitatem praesens rediit, haec ipse.*

Ceterum quod Paulus diuocans affirmat, hanc filiam Theodolinda nomine Gundibergam fuisse vxorem Rodwaldi, errasse videtur, cum id ratio temporum minime patiarit; nam duo de quadraginta intercedunt ante ab obitu Aigulphii eius patris vsq. ad regnum Rodwaldi; vt portus ipsa dicenda sit vxor huius Ainoaldi, qui successit Adalualdo, cuius scilicet interit est Aimoimus lib. 4. cap. 10. & auctor Appendicis ad Gregorium Turonensem, l. 50. & 51. Quod vero pertinet ad singulari certamen, tum inuexerit barbari in Italiam detestandam ciuitatem contumacem, vt monomachia iurgia defensionem; quo nihil crudelius, ita nihil stultius potest excogitari, cum nequaquam semper in vno quoque bello victoria consistitiam consequatur, sed diuina sententia & occulto Deo iudicio declinet interdum ad eum, qui causam malam fuerit. Sunt de his exempla cum in alijs libris, tum etiam in diuina Scriptura; sed illa memorabilia magis, cum illi Dei, iustissima praecedente causa, apparat longe maiore filii Israel fomes zelo Dei in ceteris ad vltionem detestandi facinoris progressi semel & iterum vincantur a longe dispari militum numero; ea (vt asserunt) ratione, quod antequam idonei essent aliorum ponere peccata, ipsi prius sua, accepta iterum clade, ex parte deberent. Quod ergo infanti homines, degeneres Christiani, delictores parentum legum, ob id quod milles derelicti, atque anathemate damnati, eiusmodi in se infans alio pro tam non seculi tantum hominis, sed & aeterni amorem, cum nec si vincant, certum reddi possit fouille utilitatem, & pugnasse pro veritate? Sed nulli istuc.

Successit autem Rodualdo Regi Aripertus, de quo Paulus haec scribit g: *Fuit hic filius Constantis, qui iuxta germanum Theodolinda Regina. Hic contulit quod Terentius ratiolum Domini Saluatoris, quod extra portam Constantinensium que dicitur Marciana, situm est, quod ornamentis raro decoratur, & substantijs sufficienter ditatum. haec Paulus, qui in errore arguitur, dum nouem annos eius regni decem ostenditur infensius, cum de regni exordio Gotschalci disputatio erit.*

Porro adhuc Longobardorum Reges Ariani pelis affecti cum essent, Catholicis Episcopis haud parum negotij faceiebant, qui sese promissu Israel domus opponebant: inter quos praecipue entiorum haurum cognomento Bonnis Mediolanensis, & Iohannes Bergomatis Ecclesiae Episcopi. hi enim, vt olim Paulus & Barnabas, ad fidem Catholicam tuendam ac propagandam manus simul iunxerit; verum eorum alter, Bergomenis videlicet, eo glorie progressus est, vt ea propria tibi martyrium lucraretur: Martyris enim titulo decoratum ipsum tabulae Ecclesiae retinet quomodo Idem Idem

quo antequam de ea redimitum laura Ecclesia Catholica repraesentat: licet eius martyri Acta nobis haecenus remaneant incompleta. Collega vero etiam non confestim in eam, egregiorum tamen meritorum ergo inter sanctos a quo alibi meruit suo natali die, quare videlicet Idus Ianuarij, sed et de ambobus iterum inferius mentio fiet.

IESU CHRISTI ANNVS 660.

VITALIANI PAP. CONSTANTIS IMP. ANNVS 6. ANNVS 19.

SECVLVS ordine temporis annus Redemptoris nostri sexcentisimus sexagesimus, Indictione tertia, quo S. Maximus Abbas & martyr, vbi post mutilationem lingue de manus triduum in exilio apud Alanos barbaros exegit, completus gloriofus martyrius, in caelum migrat, relatusque inter martyres remanet in Ecclesia perenni memoria celeberrimus; de quo superius factis.

Eodem anno, qui & numeratur Clodovei iunioris Francorum Regis decimus quartus, haec ab eo facta narratur: Anno decimo quarto susceperunt Clodoveus Rex argenteus, quo genitor suus apud super sepulchra martyrum Dionij, Eusebii & Eleutherij promouentem operaretur, auserti uoluit, & Argolfo loci illius Abbati, ut illud egenis & necessitatibus patientibus (quia famis eo tempore totam partem occupatam Franciam) dissiparet. Ergo isdem locus sub potestate constitutus erat aduice Parisiaci Pontificis, tale quid idem de archidiacono exegit. Deesse aliquid in narratione videtur, dum conatur excusare factum, & adscribere pietati quod ab aliis ut facilem condempnatur, cum mori se in vineone diuinitus immisissimum; ita siquidem apud Siebertum legatur hoc eodem anno b: Clodoveus Rex corpus S. Dionij Parisiensis discipulorum minus religiose in hanc uiam fregit & rapuit, moxque in amantiam perpetuam auarit. hanc pie.

Solent mali Principes, quodcumque licet impietatis factum, ali quo tamen pietatis regimento velare, ut tum ex Gonulibus, tum ex Christianis exempla non pauca declamant. Certe quidem quod ad praesens facinus pertinet, nihil est, quod tunc defendi excusatione possit. Quisquam enim sibi Principes reddant iuris in eis, quae Deo simul dicata sunt? Vel si necessitas suaderet tale quid peccatum: thesaurus primim regis ab ipso fuerat prodigens, & ante profana quam sacra distrahenda. Demum si post erogatum thesaurum regium, adhuc vrgente fame, in faciam supellectilem manus concientiae fuissent: non ille fidelis regis, sed sacerdotales esse debuerunt; sicut ab Ambrosio, Augustino, aliisque sanctis uisus complacitus factum scimus. Fuit Iuliani Apostatae tantum facinus, aliquo colorato praetextu expilare Ecclesiarum thesauros, non Principis Orthodoxi. Non tam facile multiplici sacrilegio tale factum, certum est, cum non tantum concameratum in apside argenti subitum ab ipso fuerit, sed quo rediret erant sacrae reliquiae, idque ubique aliqua alibita penitus feuerentia, cum breuius ostentat ab eo factum, insuper & captum etiam fuisse dicitur.

Porto in detestationem eiusdem facinoris, vtpote caeterum regi Francorum, in appendice ad Aimoinum haec de eodem Clodoveo leguntur: Eodem tempore Clodoveus in hanc uiam Dionij martyris abscidit, infingente Diabolo. Per idem tempus concidit regnum Francorum castrobus possideri. Fuit autem ipse Clodoveus omni spemita delictis, fornicariis, iustis famularum, gula & ceteris operibus datus. Certe quidem ex eo tempore collabi coepit regnum Francorum familiae Merovingorum generis Clodovei, hinc persequere docent, posterioribus Regibus ignominie dedisse & delicias, cum per suos ministros, quos Martires domus nominabant, regnum administrantes, nudum vix nomen Regis apud ipsos remaneret, effectus il-

lis rem dominis. Sed de his inferius. Quod vero circa vix ipsius finem Clodoveum laborasse inania, & que tradat, qui ad Gregorium appendicem apposuit incertus auctor: erroris videtur redargui ex rebus gestis anno decimo sexto eius regni, ex quibus ipsum vsque ad illud tempus factis sibi constasse, speciemus; summae pietatis edidisse, quae eo anno inferius dicentur, ostendant, dum in expiationem puri admitti sceleris, conuocatis vndique Galliarum Episcopis & secularibus potestatibus, monasterium S. Dionij ab omni dominio liberum fecit, vt loco patebit.

IESU CHRISTI ANNVS 661.

VITALIANI PAP. CONSTANTIS IMP. ANNVS 7. ANNVS 20.

ANNVS CHRISTI sexcentisimus sexagesimus primus, Indictione quarta rerum gestarum inopiam in Oriente, quam in Occidente obscurus omnino, veluti face magnopere illustrat natali sanctissimi viri Amandi Traiectensis Episcopi, Flandrorum Apostoli nuncupati, de quo plura superius dicta sunt. Plurimum quidem eius virtutibus atque miraculis Gallia Belgica conuoluit: siquidem eius admonitionibus & exemplis quam plurimi pobillissimi viri ac feminae sublimem secundum Christianam perfectionem viuendi genus atripuerunt. Et vt de aliis modo taceam: ipsius d. admonitione Tdaberga relicta Pipini Ducis Brabantie sibi & filia sua Gertrudi, Christij, familia canonicum instruxit Niuelanum, in quo vtraqueque Deo sacrasit.

At minime contentus fuit terminis suae diocesis, sed inibi, constitutus Vicarium sanctissimum Landoldum archiepiscopum, alios etiam gentibus Christum predicantem, vt Sclanis circa Danubium, Vasconibus circa Pyrenaeos saltus, & in Flandria Gandensibus & Pabulensibus persissimum: Gandenses vero a Mercurio & alterum idolorum cultu auocant; vbiq; duo celeberrima monasteria ad honorem sancti Petri Blandimense & Gandense erexit, ac sancto Basoni Hasbanae Principi Deum suocere colendi leges dedit. Trincem ad Lisam fluminis clericorum suae canoniarum societatem instruit, quae multo post annis in cenobium nostrum Praemonstratensium est conuersa. Tandem Apostolis a virtute & spiritu plenus apud Pabulenses in Ebuonesi monasterio, quod hodie ab auctore proprie dicitur S. Amandi, mortem obiit hoc anno incarnationis Verbi sexcentesimo sexagesimo primo, haec Molanus ex diuersis scriptis simul iunxit. Demonstratus est longe absentis eius transitus sanctae Aldegundi viam Deo sacratae, estq; de his fidelis narratio ad finem rerum gestarum eiusdem Sancti a Baudemundo conscriptarum.

Hoc etiam tempore, ante videlicet Grimoaldi regnum, Lupus Longobardorum Dux Foronulensis Gradus insulam depredatur, in quam Aquileiensis Patriarcha vna cum supellestili Aquileiensis Ecclesiae praedinitae sedem transiens sese contraheret. At enim de his haec Paulus: e Hic Lupus in Gradus insulam, quae non longe ab Aquileia est, cum equestri exercitu, per stratum, quae antiquitus per mare facta fuerat, introiit: & degradata ipsa ciuitate, Aquileiensis Ecclesiae thesauros inde auferens deportauit. haec Paulus. Translatam vero fuisse tunc pariter sedem Aquileiensem apud Foruminlij, & Patriarchas ibidem habitasse, quae idem Paulus inferius pluribus in locis tradit, plenissimam fidem faciunt: verum non Forinlij, vbi degebat eius ciuitatis Episcopus, sed (vt idem ait Paulus) in Cormone sedem habebat, loco proximo, sed ignobili castro, de quo alibi meminit. g

Quod praeterea hoc anno gestum sit, nihil inuenimus, nisi piam monumentum Reccesvinti Hispaniarum Regis, qui memorie sancti Iohannis Baptistae ecclesiam erigens, hoc ipso anno, Era nimirum sexcentesima nonagesima nona, eam dedicauit. Mirum dictu, quomodo eius Sancti cultus vbiq; terrarum Christiani orbis

I. DE OBITU S. AMANDI EPISCOPI TRAIECT.

d Molan in Nat. SS. Belg. d. 5. Febr.

II. c Paul. diac. de gestis Longob. lib. 5. c. 17. non. ed. c. 17. 1.

f Paul. eod. lib. 5. c. 17. non. ed. c. 17. 14. g Paul. diac. lib. 5. c. 17. non. ed. c. 17. 12.

III. ECCLESIA IO. BAPT. AER. CTA A RECCESVINTO.

